Quelle: http://manuscripta.at/?ID=40433
Copyright: Melk, Benediktinerstift

magnificas structuras in organorum omnimodorum musicorum cantibus
in mirificis viorum pigmentis elegantibus magnificis. Et iterum. Ad
hoc mundi palatio omnium copia bonorum refertissime dul-
cius. Splendidius epulis. et aromatis potulis. Quid
argento et auro vitalantibusque gemis pretiosius. Quid ho-
nore et dignationibus dignius. Sed o mortalis ne credi-
deris apparentie bonorum horum fallacissime. Sed pensa
quia ista que diuicias sub celo et in terra ita placent
delectant et grata sunt quanto utique incomparabilit
magis que sunt celos sunt. Si pegrinationis regio si
carcer ita pulcher est. Patria civitas palatium quale
putas superni. Si talis regio in qua degunt pugni
quales erunt quam possidebunt filii. Si mortales in peri
in hac regione sic sunt remunerati. Immortales et
beati qualiter erunt in vita dotati. Ad hanc vitam da
nd hic miles seculi diuitiis stipatus anhelabat quando dicit
Quid mihi est in celo et a te quid volui super terra
Multisque regalibus deliciis habundans dicebat Cuna
bor tu apparuerit gloria tua. Et item Sitiuit anima
mea ad deum vivum. quando veniam et apparebo ante faciem
dei. Si quereas quale et quantum illa vita erit. Audi
quod a profeta et apostolo dicitur. Oculus non vidit
nec aures audiuit nec in cor hominis ascendit que
preparauit deus diligentibus se. Igitur accendat et mor-
talium inflammet precordia amor futuri seculi in quo
mors expulsa et perhennis letitia regnat. Absit ut
longe amor mundi in quo nullus ita nascitur ut non mo-
riatur. Nullus ita gaudet ut non tristetur. Nullus ita
floret ut non marcescat. Nullus ita regnat ut do-
minum non perdat. Ubi pertinet pulcritudo. Ubi